possessiones animo paraui: e quibus hæc est fructuum sū-
ma: nullam plus habendi necessitatē: eamq[ue] esse p[re]i[er]atate
divitiarum maxime: nihil desiderare. Hæc ille. lib. vi. ¶ E
quibus illa porissimum pater ipse aduertas: q[uod] Vitruvius
ait. se parentum cura: & præceptorum doctrinis auatas ha-
buisse copias disciplinarum: vt & tu filii curam geras: & p[re]-
ceptor edoceat: Nec agas: vt plurimi qui nullā filiorum
curam habentes: omne p[re]ceptorī onus relinquunt: In scho-
lis præceptoris officium est: curare pueros & docere: Exte-
rius parenti cura habēda: ne turpia ludat filius: ne prauis
associetur: ne passim & libere vagetur: ne post solis occa-

sum extra limina moref: Talē mediussidius erga me curā
habuit pater: si talem & ipse erga filios geres modesti sicut.

Ex. M. Tullio. Titulo octauo.

Optima autem hæreditas a patribus tradit⁹ Liberis
omniq; patrimonio præstātor gloria virtutis:re
rumq; gestarum. Cicero libro primo officiorum.
Cneuntis enim ætatis inscitia est: senum constituenda &
regendo prudentia est. Ibidem.

P̄fis gl̄ia

Puerorū
cūstos

CNostro quidem more cum parētibus Puberes filii: cū So
ceris quidē generi non lauantur. Ibidem.

Balnea

CProuerbiū est: Phrygem plagis fieti solere meliore Idem
pro. L. Flacco.

Plagæ

CQui adolescētium peccatis ignosci putat oportere fal-
luntur: At hi sapienter faciunt: qui adolescentes maxime.
castigant. Ut quibus virtutibus omnem vitam tueri pos-
sint: eas in ætate maturissima velint cōparare. Hæc Cice-
ro libro quarto, ad Herenniū: vbi de sententia meminit.

Virtutes

CPueros vero Matres & magistri castigare etiā solent: nec
verbis solum: sed etiam verberibus. Idem libro tertio tuſ-
culanarum. **C**Tu autem filium intemperantem verbis dū
taxat castigas non etiam verberibus: lccirco prauus est &
proteruus: & in dies peior euadet: Sume ergo Bacilli vbi
verba non profund: sic enim in dextrā virtutis viam relicta
viciorum sinistra: redibit.

Plagæ

Ex. Qu. Curtio. Ti. nono.

BRegno sophitis indigens sapiētia excellit: bonis
& moribus regitur. Genitos liberos non parētū
arbitrio tollunt: aluntq; sed eorum quibus spe-
ctandi infantium habitum cura mandata est,

Iudeorū
educatio
Segnes

B. iiii

DE PARENTVM

Siquos segnes: aut aliqua membrorum parte inutiles notauerunt: necari iubent. Nuptiis coeunt non Genere ac Nobilitate coniunctis: sed electa corporum Specie: quia eadem estimatur in liberis. Curtius Libro octauo.

Sponsæ
Equus

CNobilis Equus umbra quoque virginis regit: Ignau⁹ ne calcaribus quidem concitari potest. Idem libro sexto.

CFilius ergo monitis minime obsequens: verberibus acriter est caedendus etiam atque etiam donec emendetur. Nam ut Chremes ait Terentianus in Heau. Deteriores omnes sumus licentia.

Parentes,
honoran-
di magis

CEx Diogene Laertio de vitiis p. hōrum. Tit. X.
Ristoteles aiebat: Parentes: qui liberos erudiēdos curassent: Longe honorabiliores esse his, qui solū genuissent. Hos enim viuendi tantum: illos etiam Bene Beateque viuendi auctores esse.

Chrysip-
pus.
Eruditio
bona.

CChrysippus: quum rogaretur a quadam: cui commendaret filium dixit mihi. Nam si quempiam mihi excellere putarem: ipse apud eum philosopharer. Xenophilus Pythagoricus interrogatus: quo pacto optimi filii erudirentur ait. Si ex bene instituta ciuitate nati essent.

August⁹
in suos.

CEx Suetonio Tranquillo. Titulo Undecimo.
QCauius Augustus: luliam filiam: & neptes duas: luliam & Agrippinam: ita instituit: vt etiam la-nificio assuefaceret. yetaretque loqui: aut agere que nisi palam: & quod in diurnos commentarios referretur. Ex traneorum quidem coetu adeo prohibuit: vt. L. Tucinio claro decoroque iuueni scripserit: quondam parum modeste fecisse eum: quod filiam suam Baias salutatum venisset: Neptes Caium: & Lucium: & Agrippam: & litteras: & natare alia-que rudimenta per se platerunt: docuit: Ac nihil aequa elaborauit: quod ut imitaretur chyrographum suum: Negauit una: nisi vt in uno lecto assiderent: Negauit iter fecit:

nisi ut vehiculo anteirent: aut circa adequitarēt. Hæc Sue
tonius de Augusto. Si ergo maternus auus' nepotum cu-
ram ita eximiam diligentemq; gessit: vt ipse docuerit: vt
apud se continue esse voluerit: quidnam tu pater agere de-
bes: alii ne filii curam tradere: ouem lupo cōmittere: filiū
per diem: perq; noctem vagari sine fido custode id est te pa-
tre: vt facis) dñere!

Ex Plynio Auunculo. Título duodecimo.

Delphini iuncti agunt vera coniugia: pariunt ca-
tulos decimo mensæ æstiuo tempore: interdum
& binos nutriunt huberibus: sicut Balena: atq;
etiam gestant foetus infancia infirmos. Quin & adul-
tos diu comitantur magna erga partum charitate: Quin
& paruos semper aliquis grandior comitaf. vt custos. Hæc
Plynius. libro nono Historiaæ naturalis. Sunt igitur homi-
ne prudentiores Delphini: Brutum animal rationali cau-
tius: prœnefas: Delphini adultos filios diu comitatur ma-
gna erga illos charitate: & paruos semper aliquis grādior
comitatur: vt custos. Homo autem ad dei imaginem figu-
ratus: liberos sine fido: immo etiam sine villo custode pa-
sim vagari sinit.

Delphini
in filios.

Ex Plynio Nepote Título decimotertio

Cornelius Hispullæ suæ Salutem. Cupiam
necessæ est: vt fili⁹ tuus auo similis existat: iam cir-
cumspiciendus Rhetor est latinus: cuius scholæ
seueritas: pudor: in primis castitas constet. Adebat enim ad-
olescenti nostro cū carteris naturæ: fortunaq; dotibus exi-
mia corporis pulchritudo. cui in hoc lubrico ætatæ nō præ-
ceptor modo: sed custos eriam: Rectorq; quærendus est. p
 finde fauētibus diis trade eum præceptoris: quo mores pri-
mum: mox eloquentiam discat: quæ male sine morib⁹ di-
scitur. Hæc ex illo libro tertio epistolarum.

Schola q;
lis.

Custos:
Præce-
ptor.

DE PARENTVM

Parérum
mansue-
tudo.

CPlyni⁹ iuniori suo salutē dicit. Castigabat quidam filium suum: q[uod] paulo sumptuosius: Equos & canes emerit. Huic ego iuuene digresso: Heus tu nunq[ue] ne fecisti: q[uod]a p[ro]tre corripi posset: Fecisti dico: num aut interdum facis: q[uod] filius tuus: Si repente pater ille tu filius pari grauitate re- præhendaris: Num omnes hoies aliquo errore ducuntur: Num hic in illo sibi in hoc alius indulget: Hæc tibi: admo- nitus immodice seueritatis exemplo: amore mutuo scripsi: Ne q[uod] tu quoq[ue] filium tuū duri⁹: acerbiusq[ue] tractares. Co- gita & illum puerum esse: & te fuisse: Atq[ue] ita hoc q[ui]es pa- ter vtere: vt memineris te hominē esse: & hominis patrē. Hæc ille libro octauo octauo octauo epistolarum.

CEx Salomone in Proverbiis. Titulo. XLI. I.

Virga.
Seruus.

Vi parcit virge: odit filium: qui aut̄ diligit illū instanter erudit. Salomo in proverbiis. **C**Seru⁹ sapiēs dominabitur stultis filiis Idem.

Filius.

Est ergo filiorum cura habenda: vt sint prudentes.

Filius.

Filius sapiens laetificat patrem: Filius vero stultus mestitia est matris suæ. Idem. **C**Curandum igitur: vt Filius sa- piens euadat.

Pueri
stultitia.
Virga.

Dolor patris Filius stultus. **C**Itaq[ue] diligens filii cura ha- benda est: ne stultus fuerit.

Stultitia colligata est in corde pueri: & virga disciplinæ fugabitem. Idem. **C**Quocirca Filius virga emendetur.

Noli subtrahere a puerō disciplinam: Si enim percusse- ris eum virga: non morietur. Tu virga percutis eum & animam eius de inferno liberabis. Idem. **C**Sunt ergo cæde di filii.

Virga atq[ue] correptio tribuit sapientiam. Idem. **C**Corri- pe igitur filium si peccauerit: Corripe inq[ue] verberibus non solum verbis: & erit optimus.

Ex Ecclesiastico. Titulo
Decimoquinto.

CVRA

Fo.XIII

Fili tibi sunt; erudi illos; & curua illos a pueritia Filii eorum. Filiae tibi sunt; serua corpus illarum. Filiae: Nec ostendas hylarem faciem tuam illis; trade si liam; & grande opus feceris; & homini sensato da illa.

Vtilius est mori sine filiis; q̄ relinquere filios impios. Filii. Curua filii ceruicem in iuuentute; & tonde latera eius plagae. dum infans est.

Filio & mulieri; fratri & amico; non des potestatem su- Potestas per te in vita tua; Nec dederis alii possessioem tuā; ne for rerum, te pœnitentia te; & depreceris pro illis. Melius est enim vt si illi terogent; q̄ te respicere in manus filiorum tuorum.

Ex paulo Aposto. Ttu
lo decimo sexto.

Vos patres; nolite ad iracundiā prouocare filios vestros; sed educate illos in disciplina; & correptione domini; Paulus ad Ephesios. Educatio

Ex Lactantio. Titulo
Decimo septimo.

Ira affectus nobis datus est; ad coercenda peccata. Ira. ta eorum; quæ sunt in nostra potestate. id est vt auctiore disciplina minor artas ad probitatem; iustitiamq; formetur, quæ nisi metu cohibeatur; licentia pariet Licentia audaciam; quæ ad omne flagitium; & facinus euadet. Ma Plagæ. nus autem nostras supra minores semper habeamus; Hoc Indulgen- est vt peccates eos assiduis verberib⁹ corrigamus; ne amo- tia. re inutili; & indulgentia nimia educetur ad malum; & ad virtutia nutriantur. Hec lactantius libro sexto. Capite deci- mono. Diuinarum institutionum.

Castiga-

Peccata non coercere; peccatum est. euident enim ad maius malum per impunitatem. Hic non cohibenda ira: totum, sed etiam si iacet; excitanda est. Idem in Libro de ira dei Capite decimo octavo.

DEPARENTVM.

Ex Aurelio Augustino. Ti. xviii.

Dilecto filio in christo Fabiano Augustinus Episco p⁹ salutem. Congratulor vna tecū qm̄ te prolem nuper habere cognoui. Sed deprec or: vt dum tē pus affuerit: castigare prolem non differat. Nam sicut fru etus non inuenitur in arbore: in qua flos prius nō apparuerit: sic & in sene viro: qui nisi a patre tempore adolescētia in bono nutritus fuerit: tēpore senectutis fructus honorū operum non apparebunt. Castiga igit quē debes dū iuuescit. Vale.

Castiga si lium.

Formidi nes.

Ferulae.

Plage

Quid eīn sibi volunt multimodæ formidines: quē cohī bendis paruulorū vanitatibus adhibent! Quid Pædagogī: quid magistri: quid ferulæ: quid lora: quid virgē: qd disciplina illa: qua scriptura sancta dicit: dilectifilii latera es se tundenda: ne crescat īdomitus: Domārīā durus: aut vix possit: aut fortasse nec possit: Quid ergo agitur iis poenis oib⁹: nisi vt debellef īperitia: & praua cupiditas refreñet: cū quibus malis in hoc sēculo viuimus! Augustin⁹ de ci. dei. Libro vltimo. capite vigesimo secundo.

Ex Hieronymo. Titulo. decimonono.

Magister
qualis

Alexātri
vitia

Agister pbæ etatis: & vīte: cōditionisq; est deligēdus: ipse eīn Elemētorū ordo: & institutio pcepto rū aliter de erudito: aliter de rustico ore pfertur. Nec discat in tenero: qd ei postea dediscēdum sit. Difficulter raditur: qd rudes animi perbiberunt: Lanaz conchylia quis in pristinum colorem reuocet! Rudis testa diu & saporem retinet: & odorem: quo primum īmbuta est. Grēca narrat historiā Alexandrum potentissimum Regē: Orbis dominatorem: & in moribus & in incessu Leonidis pædagogī sui non potuisse carere vitiis: quibus adhuc paruulus fuit infestus: proclivis est enim malorum emulatio: & quorum virtutes assequi nequeas: cito īmitaris vitia.

CVRA.

FOL VII

CNutrix ipsa non sit temulenta: nō lasciva: nō garrula.
Cauē ne aures filiæ perfores: ne Cerusa / & purpurissō con-
 secrata Christo ora depingas. Nec collū auro / & margaritis
 premas. Nec caput gemmīs oneres: Nec capillum irruffes.
CHeли Sacerdos offendit deum ob vitia liberorum: Et quo
 modo inquies/ peccata patrum filiis non redduntur: nec fi-
 liorum parentibus: sed anima/ quæ peccauerit / ipsa morie-
 tur! Hoc de his dicit: qui possunt sapere: De quib[us] in euā
 gelio scriptum est: Aetatem habet: loquatur perse. Qui au-
 tē paruulus est: & sapit ut paruulus: Donec ad annos sapientiæ
 / & pythagoreæ Litteræ/ Y/ eū perducat ad biuolum: tam
 bona eius/ q[m] mala parentibus imputantur.

CPostq[uod] filia grandiuscula esse cooperit: pergit ad templum **Filię comes**
 veri patris cum parentibus suis: Nunq[ue] exeat foras: ne inue-
 niant eam: qui circumieunt ciuitatem: ne percutiant / & vul-
 nerent / & auferent spiritum pudicitiae: & nudum in sanguine
 derelinquant. Surda sit ad Organa: Tibia/Lyra/Cithara/
 cur facta sint / nesciat. Nusq[ue] absq[ue] matre procedat in publico
 cum, Basilicas Martyrum & ecclesias sine matre nō adeat:
 Nullus ei iuuenis: nullus cincinnatus arrideat.

CDiscat lanam facere: tenere colum: ponere in gremio cala-
 thum: rotare fusum: stamina pollice ducere: Spernat bom-
 bicum telas: sericum: vellera: & aurum in fila lentescens.

CTalia vestimenta portet: quibus pellatur frigus: non quibus
 vestita corpora nudentur.

CCibus eius holusculū sit / & similia: Caroq[ue] & Pisciculi. **Sic Cibus**
 comedat: vt statim esuriat: vt statim post cibum possit lege-
 re/orare / & psallere. Domi filiam non relinqua: nesciat sine
 te posse viuere: & qui sola fuerit pertimescat. Non habeat
 virorum colloquia / & malarū Virgīnum contubernia: Iura
 re non discat: Mentiri sacrilegium putet. Hæc ex Hierony-
 mo ad Athletam de institutione filiæ.

CNon est paruī apud deum meriti/benefilos educare: He-

Nutrix
Filię cult⁹

Pctā patris.

Filię comes

Filię artes.

Vestes.

Filię comes

DE PARENTVM

Heli pœna

Si Sacerdos offendit deum ob vñtia liberorum. ergo ecōtra
rio placatur deus vñtib⁹ eorū: si permanserint in fide
et charitate & sanctitate: cum pudicitia. Hieronymus in
epistola ad Saluinam de morte Nebridii viri.

CEx Isodoro. Titulo Vigesimo.

Sacerdotes

Sacerdotes pro populorum iniuitate dānantur: si
eos/aut ignorantes non erudiant: aut peccates nō
arguant: testante domino prophetæ: Speculatorē
didi te domui Israel: Si nō fueris locutus vt se custodiat im
plus ab via sua: Ille iniuitate sua morietur: Sanguinem au
tem eius de manu tua requiram. Sic enim Heli Sacerdos pro
siliorum iniuitate damnatus est. Et licet eos delinquentes
admonuerit: nō tamē (vt oportebat) redarguit. Hæc Isido
r⁹ libro tertio de flagellis dei capite quadragesimo sexto. de
disciplina Sacerdotis in his que delinquent.

Episcopus.

CNota igitur et tu pater: nisi. n. et admonueris/ et castiga
ueris/ punieris q̄ ex merito filios: Et tu sicuti Heli Sacerdos
a deo damnaberis,

Heli

Plagæ.

Nomen
Patria.

Arts.

Opes.
Virtus.
Artes.

Filia sunt in quibus bene consulere suis liberis pare
tes tenentur: Primū vt honestis illos nominibus
appellent. Alterum vt in egregiis vrbibus eos sta
tuant: Nam amplitudo/splendorq; patriæ plurimum valet.
Tertiū autē: vt bonis artibus liberos erudiant. Quibus pre
dicti reb⁹ & obscura sua gētis nomina/ & humiles patrias at
tollere atq; illustrare cōsuerūt. Iacienda sunt igitur in tenel
la artate Fundamenta bene viuendi: & formandus ad virtu
tē animus dū tener est/ & facilis quālibet impressionem ad
mittere. Nam opes/gloria voluptas/fluxq; res sunt: caducae.
Habitus autem fructusq; virtutum p̄stat integer: atq; artes
nus manet.

CParentes cāterisq;: quib⁹ curæ etimis animaduertere de-

bebit: & in quas res natura prona / apti q̄ fuerimus: eo potis
sumus studia nostra conferri.

Cluuenum artas prona est ad peccandum: ac nisi maiorum **Exempla,**
exemplis: auctoritateq; continetur: facile semper in dete
riora prolabitur.

C Pueri a metiendi vanitate deterrendi sunt: maxime q; af Menti
sueri mentiri/morem hūc v̄ris seruant: quo nihil est turpi⁹: Loqui
pderit autem si admoneant parum loqui: & raro nisi iussos
dicere: in multo nanḡ sermone est aliquid semp quod rep= sermo
hendi possit. Prout dēdū etiā ne foedis atq; dishonestis ser= monibus assuescant: nam vt est a poeta grēco dictum: & ab
apostolo Paulo repetitum: Corripunt bonos mores collo
quia mala.

C Urandū est: vt iuuenes q; maxime diu integrī seruent: i
matura nāq; ven⁹: & animi & corporis vires eneruat: quod
erit: si a choreis: ceterisq; huiusmōi ludis: & itē ab oī mulie
bris frequētia arecanf: aut si nihil de his rebus loquant: aut
audiāt: nec nisi his cōmittendi: quorū mores & vita omnis **Comites.**
pfecta sit. Adhibēdi ergo sunt comites: quorū monitis di
scant: & imitatione proficiant.

C Ab vino pueri maxime sunt arcendi: cui⁹ nimius usus & **Vinum**
valitudini bonaē inimicus est: & recte ratiōis usum magno
pere perturbat. Qua in re nequaq; mihi videf improbāda
Lacedēmoniorū ratio: qui ebrios seruos exhiberi in cōuiuīis **Ebrīi serui,**
suis curabant: non quidem vt eorū insulsi sermonibus aut
foedis actibus delectarent: sed vt adolescentib⁹ suis exēplo
ostenderent q; turpe esset temulentū videri. Sunt igit̄ (vt
ab annis teneris assuescant) ita potandi pucii: vt illis ma
gis aqua temperetur q; vinum.

C Ante oīa vero decet bene institutū adolescentē rei diuī
næ curā non negligere: eaq; opinione imbul ab ineunte eta **Religio,**
te: monendiq; ideo sunt non execrari diuīna: neq; sacra no
mina irrisione habere: neq; sponte facile iurare.

Potus**Iurare**

DE PARENTVM

Admissio.

Salutatio.

Indulgētia

Pupilli.

Educare ex

tra.

Liberalia

studia

Discere

Cato.

Socrates

Blanditiæ

Minę.

Constituēdi præterea quo pacto deceat admitttere venientes; quo abeuntes dimittere. Ut oporteat verecunde salutare maiores; minores humāiter colligere; amicos beniuolos; q̄ familiariter conuenire.

CUrtq̄ Plato in Gorgia inquit. N̄imia parentum indulgētia emollire atq̄ eneruare adolescentes consueuit. Quodī his plerumq̄ manifestum est: qui sub vīdūis matrib⁹ per delitias sunt enutriti. Placet igitur quē est apud quosdā gentium cōsuetudo vt liberos suos; aut extra ciuitatē aut certe extra domū apd cognatos; amicos ve educare curēt: q̄ in aliena domo vīta solutiōrem illis licentiam adimit; & meliorib⁹ studiis (quē liberalia dicimus) intentiōres reddit.

Cliberalia a utem studia vocamus; quē sunt hoīe libero digna. Ea sunt quibus virtus & sapientia; aut exercetur; aut colitur. Quibus corpus aut anim⁹ ad optima quēq̄ disponiturn: vnde honor & gloria hominib⁹ quārī solet. Oportet igit̄ a prima īfantia iis intendere; & ad sapientiā oī studio conari. Nō enim erimus ī senectute sapientes; nisi iuuenes bene sapere cōperimus: q̄q̄ & oī ātate discendum est: nisi fortasse turpius aliquādo est discere q̄ nescire. Quod contra iudicauit Cato ille Porciē familiā princeps; qui latinas litteras prope senex: gr̄cas iam certe senex edidicit: nec credidit seni turpe discere quod esset pulchrum homini scire. Socrates etiam tantus philosophus iam ātate prouecta: fidibus operam dedit: digitosq̄ suos magistro formandos commisit.

Cpueri bonis artibus ad bona rectaq; studia sunt inducēdi nā alii quidem laude: & per spēm honoris: alii munusculis: blanditiisq; alliciendi. Minis alii flagrisq; cogēdi erunt. At q̄ hēc qđem om̄ia ita rite pensanda: rationeq; moderanda: vt in eodem īgenio vicissim his artibus prēceptores vtan tur: & cauēdum vt neq; nīmīum illis faciles: neq; nīmīū se ueri sint. Nam vt nīmia licētia bonam indolē soluit: ita gra

CVRA:

Fo.XVII.

uis & assidua castigatio ingenii enerua t: naturaeq; ignis
culos in pueris extinguit; qui dum timen t omnia audere Licentia
Sævitia
nihil possunt. Fit ut pene semper errant dum in singulis rebus
errare se timent. Itaque indulgenda sunt adolescentib; quæ
dam: neque oia eorum peccata seuera sunt animaduersione pu-
nienda. CDatum tamen est quibusdā munere dei singula-
ti: ut ipse pse rectā viā sine villo duce & inire & tenere potu-
erint: Qualem in prmis Herculē accēpimus: qd Græci tra-
dunt: & latini post eos meminerūt. Is em quū duas cerne-
ret vias: virtutis: alteram voluptatis: forte id ætatis agēs:
quando de tota vita deliberatio sumenda est in solitudinē
fecerit: ibiq; multū ac diu secum cogitās virtutē tandem
reiecta voluptate cōplexus est.

Herculis
vie

Elementa

Philipp;

Meliora
Errores

Timothe
us.

Cllud in primis anima duertendum: q; nō mō maiora illa
præcepta: quæ prouectioribus tradunt: sed & prima quo-
partium elemēta ab optimis p̄ceptoribus accipere conue-
nit: Qua ratione & Philippus Rex macedonum primas lit-
teras ab Aristotele discere Alexandrum voluit. Et veteres
Romani liberos suos scholæ mancipantes in Vergilio pri-
mū eruditū curabāt. Optima vtrīq; ratione: Nā qd teneris
mentibus insitum est: alte radices mittit: nec facile postea
diuellī vivlla potest. Ergo si melioribus initio assueuerint
illos habebunt præcipuos: & veluti ducibus semper vten-
tur. Si vero errores vllos imbiberint: his duplīcī tempore
opus erint: primum ut errores excutiant: deinde ut vera
præcepta condiscant. Quā ob rem Timotheus music⁹ suo
tempore illustris: a discipulis quidem qui nihil apud alios
profecissent: certam paciscebatur mercedem: ab his vero;
qui ex aliis quippiam edidicerant duplam exigebat.
CHæc ex. P. Vergerio: Memento igitur parens ipse pro li-
berorum commodis: ea diligentissime exequi: sic em viri
q; optimi fieri poterunt:

DEPARENTVM
Ex Vergilio. Titulo vigesimo secundo.

Cura p̄fis Mn̄is in Ascanio chari stat cura parentis.
Vergilius. libro primo Aeneidos.
Parētum Disce puer virtutē ex me: verūq; labore:
exempla. Fortunam ex aliis. nunc te mea dextera bello
Defensum dabit: & magna inter præmia ducet.
Tu facito mox quum matura adoleuerit ætas:
Sis memor: & te animo repetentem exempla tuorum
Et pater Aeneas: & auunculus excitat Hector.
Aeneq; sunt verba ad Ascanium filiū lī. xii. aenei. Vbi qdē
Innuic̄ filios a parētib⁹ virtutē & labore optiaḡ exēpla di-
scere oportere. Ex luuenale Aquinatī. Ti. XXIII.

Auaritia Scilicet expectas: ut tradat mater honestos:
patrum Aut alios mores q̄ quo habet: vtile porro
Filiolam turpī vetulae producere turpem.
Merceſ Magistri, Cūstæc luuenalis scribit Satyra sexta cōtra te matrē (qcū
q̄ es) filiā cuius morib⁹ docentē int̄ēperatiā imodestia: im-
pudicitia. Tua. n. praua exēpla inspiciēs illa & eadē & pe-
lora sectabīt. Nā (vt Cicero īngt) ea q̄ cū exēplo sūt licere
vidēt.
Res nulla minoris
Constatib patri q̄ filius.
Cluuenalis satyra septima te patrē arguit paucissima filiis
cōmodis ipēdētē. Tua figdē Auaritia filiō obes: quotiescū
q̄ illi vel libros emere te piguerit: vt m̄tos aia duerti. Vel
præceptorī gratissim⁹ ēē noluerit: q̄ maxia turba: et mihi sape
experta.
Cara tamen merces: que cognitioē tribuni
Non ēgeat: sed vos faxas imponite leges:
Vt præceptorī verborum regula constet:

Vt legat historias: auctores nouerit omnes
 Tanq; yngues: digitosq; suos: vt forte rogatus
 Dumpetit aut termas: aut phœbî balnea: dicat
 Nutricem anchisæ: nomen patriamq; nouercæ
 Anchemoli: dicat quot Acestes vixerit annos.
 Quot sicutus phrygibus vini donauerit vrnas.
 Exigite: vt mores teneros: ceu pollice ducat
 Vt si quis cæra vultum facit. Exigite: vt sit
 Et pater ipsius coetus: ne turpia ludant:
 Ne faciant vicibus: Non est leue tot puerorum
 Observare manus: oculosq; in fine trementes.
 Hæc inquit cures: et quum se verterit anus
 Accipe viatori populus: qd postulat aurum.

¶ Ea quidem omnia luuenalis eadem satyra septima con-
 tra parentes in præceptorem ingratos scribit: inquiens ille
 literâ solui mercedem sine tribuni & iudicis cognitiōe. Ip-
 sit tamen parentes volunt præceptorem ipsum & doctum
 & peritum esse: multaq; legere filiis: mores optimos trade-
 re: patremq; esse ipsius coetus & cateruæ discipulorum: ne
 turpia ludant: ne vicissim luxurientur. Ad qd respondens
 poeta inquit: non esse leue tot puerorum manus obserua-
 re: & custodire: ne turpia ludant: ne turpia tangat atq; ex-
 ercent. Tu quidem pater ea cuncta ab ipso exiges præce-
 ptore: At finito anno quid minimum illi solues. Verum ē

¶ Paratum!

exempla

*Dr. magister m.
1560 gen. m. 1560
f. 120v*

Alea

Igitur illud: res nulla minoris Constatib; patri q; filius.
 ¶ Plurima sunt fuscine: & fama digna sinistra:
 Et nitidis maculam: ac rugam & figentia rebus:
 Quæ monstrant ipsi pueris: traduntq; parentes.

Si damnosa senem iuuat Alea: ludit & hæres

Bullatus: paruoq; eadem mouet arma fritillo.

Hæc iuuenal Satyra decima quarta. ¶ Est autem sensus
 multa esse: & vituperanda & turpia: quæ ipsi parentes de-

Cii.

præceptoris
cura.

Discipu-
log. cura

DE PARENTVM

monstrant & tradunt filiis. Vnde si pater ludit: & filius q[uod] uis puerulus etiā ludit. Est igit[ur] cuīq[ue] parenti conandū: ut optima filiis documēta optimāq[ue] exempla tradantur.

Matris

exempla.

¶Expectes: ut non sit adultera largae

Filia: quæ nunq[ue] maternos dicere mœchos

Tam cito: nec tanto poterit contexere cursu:

Vt non ter decies respiret! Conscia matti

Virgo fuit: Ceras nunc hac dictante pusillas

Implet: & ad mœchos dat eisdem ferre cinēdis.

Sic natura iubet: velocius: & citius nos

Exempla

Corrumpunt vitorum exempla domestica: magnis

Cum subeant animos auctoribus.

¶Arguit Iuuenalis hic satyra decimaquarta matres illas:

que cōscia etiā filiabus adulteria cōmittunt: siqd[ue] & ille si

miles euadere coguntur vīsis materni vīti exemplis. Itaq[ue]

optime quidē Seneca epl'a septima inquit. Vnicū exēplū:

aut luxuriæ: aut auaritiæ multum malī facit.

Exemplū

Nil dictu fœdum: vīsuq[ue] hæc līmina tangat.

Honesta

pueri cer-

nant.

Intra quæ puer est: procul hinc: procul inde puellæ

Lenonum: & cantus pernoctantis parasiti.

Maxima debetur pueru reuerentia: siquid

Turpe paras: nec tu pueri contempseris annos

Sed peccaturo obsistat tibi filius infans.

Nam siquid dignum Censoris fecerit ira:

Quandoquidem & similem tibi se non corpore tantum

Nec vultu dederit: morum quoq[ue] filius: & cum

Omnia deterius tua per vestigia peccet:

Corripies nimirum: & castigabis acerbo

Clamore: aut post hæc tabulas mutare parabis.

Vnde tibi frontem: libertatemq[ue] parentis:

Cum facias peiora senex: vacuumq[ue] cerebro

Iam pridem caput hoc ventosa cucurbita quærat!

¶Admonet Iuuenalis satyra decimaquarta. Vbi puer est?

Filiis pa-

trizat.

CVRA.

Eo. XIX.

nil turpe dictu loquēdū: nil turpe visu agēdū sic.n. si forte
loquēdo: agendo ve ille peccauerit vnq; libertius atq; auda
cūs eū corrīpere & castigare pater potueris. at si te quog
turpia loq; turpia agere cernet nequibis acerbe; nequibis li
bere & audacter illū arguere; lmitādus īgīf ē Cato ille seni
or; q vt Plutarchus ait: ab verborum turpitudine præsēte
puero filio; sic tēperauit; quasi vestalibus virginib; arbū
tris locuturus esset: Nec cū eo vñq lauit.

Parētum
exempla.Catonis
sermo

C Hospite venturo cessabit nemo tuorum:
Vette pauimentum; nitidas ostende columnas;
Arida cum tota descendat aranea tela.

Parētum
cura

Hic lauet argentum; vasa aspera tergeat alter;

Vox domini fremit instantis; virginis tenentis.

Illud non agitas; vt sanctam filius omni

Aspiciat sine labo domum vicio carētē.

C Parēres arguit luuenalis Satyra decima quarta. Qui vbi
amicus; vel hospes alius domū vētur⁹ est; illā purificare va
saq; oia tergere iuber famulos. illud autē minime agit; vt fi
li⁹ qdē domū ipam idē parēt familiā; ipmīq; parērē. sāctos
& puros id est sine labo: sineq; vicio aspiciat. Id ergo curā dū
maxie: Ne puero p̄sente nec dictu nec visu turpia fiant vñq.

C Gratuum est quod patriæ ciuem; populoq; dedisti:

Si facis; vt patriæ sit idoneus; vtilis agris.

Vtilis & bellorum; & rebus pacis agendis.

Filiovirt⁹

Plurimum enim intererit; qbus artibus; & quibus hunc tu

det.

Moribus instituas; Serpente ciconia pullos

Nutrit; & inuenta per deuia rura lacerta.

Illi eadem sumptis querunt animalia pennis.

Sed leporē; aut capreā famulae iouis; & generose

Ciconia

In saltu venantur aues; tunc præda cubili

Ponitur; inde autem quum se natura leuabit

Progenies stimulante fame: festinat ad illam

Qz primum p̄dā rupto gustauerit ouo.

C Ciconia. Aquilæq; exēplo edocet luuenalis satyra: xiii.

Aquila

C.iii.

DEPARTIVM

plurimū interesse: qbus artib⁹: qbusve morib⁹ puer instia tua. Si n. honestis artib⁹ probisq; morib⁹ imbuif: semp in iisdē versabit: Rur⁹ si immodestis & improbis eadē vlsq; se etabif. exemploq; esse valent & Ciconia: & Aquila. hæc em filios lepore vel capa nutrit: qua de re adulti filii eiusmodi quoq; aialia venundant. Illa vero serpentib⁹ & lacertis educat pullos suos: inde fit: vt illi ēt tali pda vescant. Phocilidis ergo pceptū ē exequēdū: Dū tener ēgnatus generosos instrue mores.

Ex claudiano Ti. xxiv.

Ciconia
Aquila

Fetnæcereti proles optata virebat
Vnica: nec tribuit sobolem lucina secundam
Fessaq; post primos haeserunt viscera part⁹.
In secunda quidem: sed cunctis altior ibat
Matribus: & numeri dñm proserpina pensat.
Hanc fouet, hanc sequitur. Vitudam non blandius ambit
Torua parens pedib⁹ quæ nōdū proterit arua:
Nec noua lunata curuauit cornua frontis.

Filię cura

Claudianus primo volumine de captu Proserpinæ scribit Cererē vnicā habuisse filiā proserpinā scilicet: qnā qdē iugiter & cōtinue obseruabat: custodiebat: & sequebatur quocūq;. Haud eqdē aliter & tu mater exēplo cereris filiā tuā obseruare: custodire & sequi debes. Nusq; sine te sedes at: vagetur aut sifat. Nam vt Ouidius ait:
Cogis adulteriū dando rēpusq; locumq;
Quo nīsi cōsilio est vsa puella tuo! Et alibi:
Quos credis fidos effuge: tutus eris.

Ex Horatio Ti. xxv.

pattis cu-
stodia

Sed puerum ē ausus Romam portare docendum:
Iplemihi custos incorruptissim⁹: omnes
Circum doctores aderat. quid multa: pudicum
Qui primus virtutis honor seruauit ab omni
Non solum facto: verum opprobrio quoq; turpi:
Laus illi debetur: & a me gratia maior.
Hec de sui genitoris cura in eum scribit Horatius satyra

sera pri. lib. Quocirca & tu pater talis filii cui custos vbi
q̄ esto: qualē fuisse Horati⁹ patrē in ipsum hic afferit.

CEx Mancinello Ti.xxvi.

GRammaticen puerum docti docuere latini:
Cura tui fuerat maxima namq̄ patri.

Qui rector custos q̄ pius: Venusinus ut olim
Expulit omne nefas: contulit omne decus

CVerba sunt Calliope Musæ ad Ant. Mancinellū de Ioā-
nis chari parētis in eū cura maxima. At hic posita: ut & te
patrē id ē agere in filios tuos admoneat

Qui sapit: is nihilum mage curat teste platonē:

Qz natum claris moribus instruere.

Incipiat lustro finito discere natus:

Qz nati maior sit tibi cura nihil.

Ignavum iussit plato quēlibet atq̄ maliguum

Puniri: quo sit fortior: & melior.

Qz locuples. q̄ tu sis nobilis: atq̄ decorus:

Attamen insipiens: quid nisi carcus eris:

Istac inter Mancinelli disticha reperiuntur.

Qui natos generant: laudandi: quicq̄ parentes:

Qui tamen erudiunt etiam: magis vsq̄ probandū,

Si tibi sit natus: doctori trade perito:

Perdocet indoctus: quæ dedoceantur oportet.

Affiduo pueros peccantes verbere cæde:

Cortige: nam prauos nimia indulgentia reddit.

Dilecti nati tundendum est corpus acerbes:

Ad mala nutritur: nimicui parcis amore.

Erudit instanter natum: qui diligit: at qui

Illum odit: virgæ patcit: quæcungq; ferendo.

Sponte puer nolēs studiis impendere curam:

Scire minis: fetulaq; pia & cogendus: acerbis.

Sæpius indociles: tardosq; monere momento:

Impetus: atq; minæ pueris: & verbera prosunt.

C.iii.

Parētua
custodia.

Filius

Filius

Filius

Plagæ

Insipiens.

Parentes

Doctor,

Plagæ

Plagæ

Plagæ

Indocilis

Plagæ

DE PARENTVM

Hæc quidé in Mancinelli speculo de moribus habentur:
pro filiorum cuiusq; cura & diligentia excogitata.
Quae vero sequuntur in sapphica eiusdem habentur
Filiorum Ode: vbi consulitur vxorem ducēdam esse,
yotum. **C**Quilibet vero superos adoret
S bono longe melior resulter;
Vtili deg; vtilior parente
Progenies sit.
Cumq; sit natus sapiens parentū
Gloria: aeternum dec⁹: & voluptas
Et deus prolem bene nutrienti
Præmia reddat
Csint & hi multo magis efferendi
Qui suam recte sobolem parentes
Parentes Nutriunt: q; qui genuere solum:
chari. Nec docuere:
Catōnis. **C**sit cato nobis grauior sequend⁹:
filius. Imbuit natum studiis honestis
Ipse: Cumprimum puer esse coepit
Aptus eisdem.
Cfilio coram velut astitisser
Virgo vestalis nihil impudice
Dixit: aut fecit Cato: Sic agendum
Consulo cunctis.
Et Themistoles docuit stupenda
Filiorum: rectum Sonipes gerebat.
Ex equo rectus iaciebat hastam
Fortiter audens,
Aristides voluit doceri
Filium: quicquid reliqui sciebant.
Vnde virtutum cumulo coæuos
Præstitii omnes.

Finis.

De parentum Cura in liberos: finit.

De Liberorum erga parentes Obedientia : honores
& pietate:p Ant. Mancinellum velitemnum.

Ex Quibus Auctoribus.

Pythagora.	Titulus .i.	Iustino.	Titu.xii.
Hierocle.	Titul ⁹ .ii.	Herodoto.	Titul ⁹ .xiii.
Platone.	Titu.iii.	Plynio.	Titu.xiiii.
Aristotele	Titu.iiii.	Solino.	Titu.xv.
Hieronymo.	Titu.v.	AuloGellio.	Tit.xvi.
P.Vergerio.	Titu.vi.	Salomone.	Tit.xvii.
Basilio.	Titu.vii.	Ecclesiastico.	Titu.xviii.
Q.Curtio.	Ti.viii.	Paulo apostolo.	Tit.xviii.
Seneca.	Tit.ix.	Matthæo euā.	Tit.xx.
Diogene.	Titu. x.	Vergilio.	Titu.xxi.
Valerio.	Titu.xi.	Mancinello.	Titu.xxii.

Ex Pythagora in aureis versibus. Titulo primo.

 Arentes tuos honoras: Et Cognatos claros hoies:
nutrire parentes decet. vexare : & contumeliam
in eos inferre non decet.

Parētes
honoran
dos.
Parentes
nutriens
dos.

Ex Hierocle super aureis Pythagorę versibus Titu.ii.

 N ceteris vero oīb⁹ maxie parētes colemus: eorū
corpora curādo prompte: & libēter pecunias sup
peditādo:iustū em: & rectū ē: vt ab illis cōmoditā
tē capiāt: quos genuerūt: & nurrierunt. Itaq; ne laboribus
neg⁹ pecuniis pcere debem⁹: immo hæc oia parētib⁹ liben
ter subiicere & submīstrare. Nihil em reliquere decet: qd
ad illorū curā: & quietē pertineat. Tantoq; id magis deco
rū: magisq; honestū fiet: qto laboriosi⁹ fuerit: & seruile. Nā
g hæc lēte facit: legē virtutis seruat: & naturę charitatē red
dit. Talis qdē esse debet: q parentibus tribuēdus ē honor.

Ex Platone Titulo tertio.

 Acere debent coram senibus iuniores: cedere illis
locum: atq; assurgere: Parentes colere. Socrates li
bro quarto de rep.

*In se pō
luniorū
officia.*
*namē at
Ab f. mīfī*